



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amandi proximum modus triplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

mel dulcis , meditatio de te ci-
 bus suavis , de te loqui bona refe-
 ctio est , te nosse optima consolatio
 est , tibi adherere uita eterna , à te
 separari mors perpetua. Idcirco se-
 quitur alibi . Munda cordis intui-
 tum , actiue mentis intellectum ac-
 cende celesti igne animum , ut te
 semper cogitem , semper amem ,
 semper habeam in corde & in ore .
 Ecce igitur quòd tribus modis de-
 um diligere debemus , ex toto (ui-
 delicet) corde , ex tota anima , &
 ex tota mente . Et hoc est primum
 mandatum in lege , sicut docet
 Christus .

*Amandi proximum modus
 triplex.*

Primus modus est , quo Chri-
 stus amauit nos , sicut apud
 Ioannem docebat nos ipse in-
 quiens. Hoc est præceptum meum,
 ut diligatis inuicem , sicut dilexi
 nos . Amavit nos Christus quatuor
 modis . Primo modo amavit nos
 amore recto , quia non propter uti-
 litatem suam , sed propter nostram.
 Vnde Iob dicebat . Quid prodest

Ioan. 15

Iob. 22.

CHRISTIANA

deo si iustus fueris, aut si immaculata uita tua fuerit? quasi dicat non ei proficit, sed tibi, sicut dicit D. Ambrosius. Quicquid à te procedit, in te recurrit, & quicquid fueris tibi proficit. Vnde in prouerbis dicitur. Si sapiens fueris, tibi metipsum eris, si autem illusor, solus portabis malum. Item, non ut à nobis acciperet, sed ut nobis daret, quia bonorum nostrorum non indiget.

Pro 9.

Auguf.

Vnde Augustinus dicit. Nos egemus tui, non tu nostri, quia si non essemus omnino, nihil tibi deesset ad bonum quod tu es. Omne enim bonum nostrum aut ipse est, aut ab ipso. Ab ipso nanque tria habemus, scilicet, sua, idest temporalia, suos idest apostolos, & se ipsum. Secundo amore discreto, scilicet personas amando, & uitia increpando, sicuti

Mat, 3.

apud Mattheum legimus. Genimina uiperarum quis demonstrabit uobis fugere à uentura ira? Vnde Augustinus dicit. Sic diligendi sunt homines, ut errores eorum non deligantur? Idcirco Isidorus aiebat;

Isid.

Non homines, sed uitia odio habenda sunt. Tertio amore fructuoso, non uocali tantum. Quemadmodum Ioannes in suis canonicis adhortatur inquiring. Filiole

1. Io. 3.

non diligamus uerbo, neque lingua, sed operet ueritate. Dilectio enim materia (inquit Gregorius) semper exhibenda est, ueneratione sermonis, & ministerio largitatis. Quoniam, sicut ait Augustinus, Non est fraternus amor, nisi mutuis se præueniat obsequiis. Quarto amore perseveranti, ueluti dicit Ioannes. Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Vnde in prouerbis legitur. Omni tempore diligit, qui amicus est. Sic amare debemus proximum, sicut in prosperitate, & in aduersitate, sed quidam ab eo, felicitate recedente, recedunt. De his dicit Seneca. Amicus qui utilitatis causa, tandiu placebit, quantum utilis erit. Hi secundum ueritatem amicum non amant. Vnde Augustinus ait. Ficta caritas est, quæ deserit in aduersitate. Et Gregorius. Cum quis positus in prosperitate diligitur, incertum est, utrum prosperitas, an persona diligatur. Non est ergo uere amicus ille, qui fortunæ particeps non est. Secundus modus amandi est, quo nosmet ipsos amamus. De quo modo apud Lucam sic habetur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod sa-

Grego.

Auguf.

Ioan. 3

Pro. 1

Seneca.

Auguf.

Grego.

Luc. 10.
Mat. 12.

CHRISTIANA

nè uerbum dupliciter potest intelli-
 gi, uno modo . Sicut te ipsum, id-
 est, ad quod te ipsum, scilicet ad gra-
 tiam in præsentia, & ad gloriam in
 futuro . Alio modo, sicut te ipsum,
 idest, in quo te ipsum, scilicet in
 deo, uel propter deum . Vnde Au-
 gustinus dicit . Proximum autem
 tunc diligimus sicut nos, si non pro-
 pter aliquas nostras utilitates, non
 propter spectanda beneficia, uel ac-
 cepta, non propter affinitates, uel
 consanguinitates, sed propter hoc
 tantum, quod est naturæ particeps, di-
 ligamus, uel secundum illud Mar-
 thei . Quæcunque uultis ut faciant
 uobis homines, & uos facite illis,
 & è conuerso . Ab alio expectas (ait
 Seneca, Seneca) quæ alteri feceris . Ter-
 tius modus amandi est, quo habent
 membra eiusdem corporis ad inui-
 cem . Quem modum posuit Paulus
 scribens ad Romanos, cum dice-
 ret . Sicut in uno corpore multa
 membra habemus, omnia autem
 membra non eundem actum ha-
 bent, ita multi unum corpus sumus
 in Christo, singuli autem alter al-
 terius membra &c. Et animaduer-
 tendum est, quod nouem sunt, in qui-
 bus amor, qui est respectu proxi-
 mi, inuitare debet amorem mem-

Auguf,

Mat, 7,

Seneca,

Ro. 12.

1.Co. 12

brorum eiusdem corporis. Primum est, quod unum membrum non inuidet alteri, licet non habeat officium quod illud habet. Vnde Paulus dicebat. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? Nunc autem possit Deus membra, & unum quodque eorum in corpore, sicut uoluit. Ideo non debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiam, quam ipse non habet. Vnde Augustinus ait. Auertat Deus pestem inuidiae ab animis omnium hominum. diabolicum enim uitium est. Secundum est, quia unum membrum ab alio lesum, se non uendicat. Sic etiam debet esse inter membra Ecclesiae, sicut admonet Paulus Romanis dicens. Nulli malum pro malo reddentes. Tertium est, quia unum membrum non despicitur ab alio, etiam si infirmum, ac debile existat. Sic & nos non debemus despiciere eos, qui infirmi ac debiles in aliqua parte uidentur in Ecclesia, sed potius compati, & condolere. Vnde Paulus ad Corinthios dicebat. Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Super quibus uerbis Ambrosius ait; Sic & nos debemus condole-

I, Co. 12

Auguf.

Ro, 12.

I. Cor. 12.

Ambr.

CHRISTIANA

lere fratribus nostris, siquid aduer-
sitatis emerferit, uel sicut non de-
bemus despiciere eos, qui despecti
aut infirmitate, aut deformitate,
aut paupertate, aut scientia, aut
alicuius gratiæ inter nos sunt, sicut
in membris esse uidentur. Vnde

Ibidem Paulus dicebat. Quæ putamus igno-
bilia membra esse corporis, his
honorem abundantiorum circunda-
mus. Sepe etenim contingit, de-

Ibidem spectos utiliores, & acceptiores
deo esse. Non potest (ait Paulus)
dicere oculus manui, opera tua non
indigeo, aut iterum caput pedibus
non estis mihi necessarij. Sed mul-
to magis quæ uidentur membra cor-
poris infirmiora esse, necessariora
sunt. Et quæ inhonesta sunt no-

Ambr. stra, abundantiorum honestatem ha-
bent. Quæ uerba D. Ambrosius
exponens dicit. Per inhonesta
membra, quidam fratrum intelli-
guntur, qui cum sint inhonesti ex
te & habitu, habent tamen abun-
dantiorum honorem, quia scilicet
sunt aliquando uitæ mundioris.

Quartum est, quia unum membrum
sibi reputat fieri, quod sit alio, siue
bonum, siue malum. Si lædatur pes,
os conqueritur, & sic de ceteris
membris. Si lauentur pedes, os gra-

tias agit, ueluti ex uerbis domini
 hoc patere potest, quando dixit. In **Luc. 8.**
 traui in domum tuam, aquam pedi-
 bus meis non dedisti. Et apud Mat- **Mat. 15**
 theum quoque dicitur. Quod uni
 ex minimis meis fecistis, mihi fe-
 cistis. Quintum est, quia unum
 membrum pro alio lesioni se expo-
 nit, ut manus pro oculo. Sic unus-
 quisque proximo suo facere debet,
 non considerans pecuniam, siue cor-
 poris damnum. unde in prouerbiis
 dicitur. Qui negligit damnum pro **Pro. 12**
 pter amicum, iustus est. Et Ioan- **1. 10. 3.**
 nes de Christo loquens dicit. Ille
 animam suam pro nobis posuit, &
 nos debemus pro fratribus animam
 ponere. Sic proximum amare debe-
 mus, ut quæ ipsius sunt, amemus.
 Vnde in Deuteronomio legimus. **Deu. 22.**
 Non uidebis bouem, & ouem fra-
 tris tui errantem, & præteribis, sed
 reduces fratri tuo. Sextum est,
 quia nullum membrum officium su-
 um sibi appropriat, sed communi-
 cat cum aliis, sicut oculus est ocu-
 lus omnibus membris, & sic de ce-
 teris. Sic debet unusquisque com-
 municare gratiam, quam habet cum
 proximo suo, sicut dicit D. Petrus.
 Unusquisque sicut accepit gratiam
 in alterutrum illum administrantes,

CHRISTIANA

1, Pet, 4

ficut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Septimum est, quia

Ro, 12.

unum membrum cibum susceptum omnibus membris communicat. Sic

Hieron.

fidelis. unusquisque alteri bona sua communicare debet. Vnde Paulus dicebat. Neccitatibus sanctorum

Hieron.

communicantes. D. quoque Hieronymus inquit. Grandis culpa, si

sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, famem tolerare,

erumnam pati, qui præsertim egere erubescat, nam si omnibus debetur

miseriordia, multo amplius in isto. Octauum est, quia membrum

unum nihil tantum timet, quam ab aliis separari. si enim separatum

fit, inutile est, non uiuit, non sentit, non uiuificatur, etiam à spiritu

Auguf.

à quo cetera membra. Vnde Augustinus ait. Nil sic deberet formidare christianus quam separari à corpore Christi. Nonum est, qui totum corpus tremit, cum unius membri separationem præuidet. Sic debet timere corpus Ecclesiæ, cum aliquem fidelem à se reparari uidet, uel per mortem, uel per excômmunionem, uel quocunque alio modo.